



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 32. Victoria dudum anceps.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Cremonenses interclusurus. Cogitabat ~~secul.~~ XVI.  
 equidem Alvianus Gallos prævertere, A. C. 1509.  
 locumque occupare, nec id magni labo-  
 ris negotium fuisset; verum vix ultimum  
 ejus agmen medium iter Vacilatam in-  
 ter & Agniadellum tenebat, cum jam-  
 jam prima Gallorum acies sub Calvimon-  
 tio, & Trivultio Ducibus in Venetos  
 irrueret; quoniam vero Galli hostibus  
 numero impares essent, Helvetiorum or-  
 dinibus perruptis, eorum equitatus a  
 Venetis peditibus ingenti clade afficie- *Guicci. lib. 8.*  
 batur; opportune tamen Rex cum me-  
 dia ac postrema acie accurrit, dispersos *Branton.*  
*eleg. Lud.*  
 Helvetios colligit, atque aggerem, quem *XII.*  
 hostes pro locandis tormentis tumultua-  
 rio opere erexerant, necnon peditibus  
 munierant, feliciter superavit, ac demum  
 Vasconibus, qui primo animum de-  
 sponderant, extrema quæque tentantibus,  
 unico veluti temporis momento statio-  
 nem, de qua tamdiu controvertebatur,  
 recuperavit,

### §. XXXII.

#### *Victoria dudum anceps.*

Hic pugnandi ardor ita increverat, ut *Mariana*  
 totum demum exercitum occupa- *l. 29 n. 81.*  
 ret: fortiter itaque, dudum tamen an-  
 cipiti Marte, utrinque certabatur, nec  
 strenuum ab ignavo, prudentem a teme-

C 5 rario

**S**ecul. XVI. rario discernendi copia erat, donec Ita-  
**A.C. 1509.** lorum peditatus tanto impetu in Gallos  
 pedites effunderetur, ut his in fugam a-  
 ctis stationem in acie caperet. Hæc  
 pugnæ auspicia certam Venetis victoriam  
 polliceri videbantur; Italorum enim &  
 Gallorum legiones intermixtæ dimica-  
 bant, omnique ex parte tumultuaria e-  
 rat pugna, nec hostis ferme ab hoste am-  
 plius dignoscebatur: Verum, ut non ra-  
 ro præcipue in belli eventibus fieri amat,  
 ubi exigui momenti casus maximas in-  
 dicunt rerum vicissitudines, ac victoriae  
 palmam illi tribuunt, qui ejusdem spe  
 votisque jamjam dejectus videbatur; ita  
 etiam tam opportuno consilio bellica  
 Gallorum tormenta inter arbusta collo-  
 cabantur, atque hostium oculis subducta  
 tanto impetu in eorum agmina detona-  
 bant, ut Veneti, qui aduersus vim adeo  
 inexpectatam nullatenus sese præmu-  
 nierant, plurimum deficerent, divisisque  
 Phalangibus late perrumpendi viam præ-  
 berent.

### §. XXXIII.

#### *Gallorum vittoria.*

**V**enetis igitur hinc inde dispersis cæsis-  
 que Gallorum equites, quibus nec-  
 dum pugnandi copia obtigerat, hostium  
 confusionem in rem suam vertebant, in  
 eosque omni ex parte tanto furore irrum-  
 pebant,